

Reductio iesu de egypto in nazareth. xix.

torquebatur. Et quia multotiens mori non poterat qui multos occiderat in fantes: propterea vindicta momentium plurimorum in plurimis ei doloribus torquebatur. Item quoniam vidit se prope mortem scilicet quia odibilis erat apud omnes iudeos. et quia mors illi multis gaudium erat futurum: congregavit omnes principes in deorum. et iussit cum ipse mortuus fuerit omnes occidant: ut in morte eius omnes civitates lugerent: et si non propter amorem illius. vel propter suum dolorem. Et hoc dei consilio factum est. Quoniam enim magi annunciarunt de stella regis futuri. omnes principes consenserunt herodi ut requireret puerum et occideret. Hoc vult scimus? Primum quia dicit scriptura: turbatus est herodes et omnis civitas cum illo. Deinde ipsa verba angeli demonstrant dicentis Accipe puerum et matrem ipsius. et revertere in terram iuda. defuncti sunt enim qui querebant aiam pueri. Non dixit mortuus est qui querebat aiam pueri: sed mortui sunt omnes qui querebant animam pueri.

De functo herode. ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egypto dicens. Accipe puerum et matrem eius. Vides quod ioseph non ad coniugium marie electus: sed ad ministerium eius? Eunte autem illa in egyptum et redeunte: nisi despicienda illi fuisset: quis ministerium eius tante necessitatis impleverit? Nam in prima quidem facie maria puerum nutrebat. ioseph preservabat reverentia autem puerum et matrem nutrebat et ioseph curabat. Non enim dicit accipe matrem et puerum eius. sed accipe puerum et matrem eius: quod non propter illam matrem iste filius natus est: sed propter istum filium illa preparata est mater. Nec pueri erat gloria habere illam matrem: sed illius erat beatitudo istum habere filium: sicut ipsa dicebat. Ecce nunc beatam me dicent omnes generationes. **U**

de in terram israel. Quasi enim medicus descendit in egyptum ut visitaret eam languentem erroribus: non ut remaneret in ea. Nam in prima facie quasi herodes fugiens descendit in egyptum: revertens autem ut egypti erroris demones effugaret ex ea: sicut testatur isaias dicens. Ecce dominus descendit in egyptum super nubem levi: et cadent idola egypti. Quis des ergo quod ideo descendit in egyptum: non mortem fugiens: sed ut mortifera idola dissiparet? Nam nunquam invenit dominus descensum in egyptum nisi tunc. Mundi quoniam nocte fugit in egyptum. revertens autem per diem: quoniam fugiens. persecutionem fugiebat herodis: revertens autem mortuo revertebat persecutore. Dis enim persecutionis angustia: nox est: refrigerium autem dies.

Admonitus autem in

somnis recessit in partes galilee: et veniens habitavit in civitate que vocatur nazareth ut impleverit quod dictum est per prophetam. Quoniam nazareus vocabitur. Quoniam dicit per prophetas. non per prophetam: manifestat. quod non certam auctoritatem prophetie protulit. sed sensus prophetarum colligens dixit. Nam per omnes prophetas iesus nazareus vocatur. quod est scimus.

Aut forte legerunt aliquos prophetas ista dicentes quod non sunt nobis canonizati. Alii etenim prophetizaverunt et conscripserunt sicut et nathan et esdras. Et quoniam prophetatum erat: hoc ipsum manifestat philippus ad natanael dicens. Quod scripsit moyses in lege et prophete: invenimus iesum: filium ioseph a nazareth. Quoniam et natanael sciens prophetatum esse. Hoc ipsum confirmans respondit. Ex nazareth potest aliquid boni esse.

Capitulum tertium.

In diebus illis. Venit Johannes baptista predicans in de